plura de predictis rebus curie nostre sunt occupata illicite a, et distracta, volumus et presentium vobis tenore mandamus, quatinus quecumque de bonis et rebus ipsis per quoscumque occupata seu distracta illicite a, 3 inveneritis, ad opus nostre curie revocetis et ea omnia cum summa diligencia procuretis. Si qua autem revocanda deceritis et a quibus, distinte et seriatim eisdem magistris racionalibus per vestras litteras rescribatis. Et ne in servicio ipso contingat vos expensis propriis laborare, volumus, quod tempore, quo in officio ipso eritis, expensas quilibet vestrum pro se scutario uno et equis duobus et uni notario, quem in servicio ipso volumus vos habere, expensas pro se et equo uno, dum in servicio erit, iuxta assisiam curie de pecunia, que ad manus vestras pervenerit in officio nominato, exhibere et retinere curetis. Mandamus preterea, quatinus de recepcione omnium predictorum scriptum aliud predictis tribus scriptis consimile fieri faciatis ipsumque Philippo de Tucciaco regni Sicilie amirato dilecto consanguineo consiliario familiari et fideli nostro destinare curetis. Dat. Neapoli iii iulii

~~(Registro Angioino [illegible], fol. [illegible])~~

Item in simili forma scriptum est Petro Symeonis de Baro et Ursoni de Syndolfo statutis magistris tarsianatuum Principatus Terre Laboris et Aprutii, amotis inde Thomasio iudicis Riccardi de Amalfia et iudice Stephano Maza de Salerno. Dat. ut supra.

3 a, et – illicite fehlt im Reg.; ergänzt nach ~~[illegible]~~ der entsprechenden Commissio ~~[illegible]~~ von 1275.